

XLIII.

194

pacem/annunciatiū bona. Ne cuncter
operum meorum exempla te moueant. tūgat
manus: si pigritatis ad verbum. Zelotes
ego sum: tu quoque pro me zelare. **Q**uicum
sepone paululū: meis implicare negocijs
Quoniam militans deo: istis cū iubeatur: se
implicet oportet negocijs. **C**ū diues es
pro omnibus pauper factus sum. **E**qualis
deo exinaniti meipsum: ministrandi for
mam accipies. **P**ro omnibus mortuus sum
ut qui viuam sibi nō viuam sed mihi.
Attentis talibus in dilecto sponsa: et his
mora exemplis ad emulandū. sic ait. **D**ile
ctus meus misit manū suam per foramē.
et ad tactū eius inremit vter me. **P**er
artum paupertatis: persecutiōis et mori
foramen: operū suorum ad me intromisit
exempla. **H**ec me tangūt. hec me mouent
Nota tremorē ventris. audi deniq; moti
onis effectū. **S**equit enim. **S**urrexi ut
aperirem dilecto meo. **A**udite et intelligi
te qui prepropere satis et proterue nimis
ad ecclesie pperatis honores. **S**pōsa enī
ad quam cantici huius blandimenta carā
tur: morose et cunctanter accedit: etiā post
q̄ se sororem: proximā: columbam: imma
culatā audiuit vocari. **E**t contemplare si hec
in te sint. **E**t si sint: verere ne perdas. **S**i
non sunt. magis verere ne non accipias.
Attende post quorū et inuitationes et com
mendationes. sic dicit. **S**urrexi ut aperi
rem dilecto meo. et tibi vanum sit surgere
anteq; voceris: qui delectationis illius san
cte panem māduca: et bibis vinū. d quo
sup̄ dicit. **C**omedit amici et bibite et inebria
mini charissimi. **V**anum imo verendum
sit tibi nisi cum inuitata sis surgere: cum
dormis somnū dulcem donec dilectus ape
riat. **A**peri mihi. non auaricie. non in qui
etudinis. nō elationis vot moueat aium
non demulceat blandimento fallaci. **I**ste
tibi ignote sint voces. non tibi iste opus bo
num suadeant: sed ante dilecti tui vocem
assurge.

Sermo. xliij.

Odie vobis

Et h fratres de apertione ostij diser
turi sumus. **N**am bestern ser
mo de operatiōe (que velut quedam ad ap
tionem est via) vltimū tractatus nostri di
gesti articulū. **B**ona plane operatio que

immortalitatis spem et specie semp p̄fert.
que nō seminat in carne: ut corruptiones
inde metat. **U**tinā i p̄itate ego dicere pos
sim / quia mirra in manibus meis semper
Si quis (inquit Iesus) fecerit voluntatē
patris mei: cognoscat d̄ doctrina mea. **E**c
ce qualiter pietatis actus aditū referat ve
ritatis. **B**oni certe actus qui et quadā cō
tēperatiōe moderatōe discreti sūt: et vincti
onis deuotione repleti. **I**ure manibus vn
guentarijs aperit christo qui de vnctione
nomi accepit. **E**t forsitan nisi p̄ vinctū ostiū
ingredi nescit. **I**deo in templo delignis
oliuarū ostiola facta sunt per que i sancta
sanctorū aditus pateret. **H**uiusmodi enī
et eius ligni materia vnguentarij est mini
stra liquoris. **O**stiola dicta sunt et oliuarū
artus introitus: sed pinguedine gratie si
ne difficultate illaberis: vbi subtilis est in
telligentiarū secretū mysterium. **N**on labo
riosus patebit ingressus / si deuotionis et
charitatis oleo quasi ostio volueris vti.
Et puto q̄ conueniens est de templo testi
monium prolātū. **T**emplū enim dei san
ctum est quod estis vos. **H**abe ergo in tē
plo tuo ostia per que summus p̄titer so
lus ingrediatur i intimū cordis tui recessū
sum. **C**laude ostium. obde pessulum: nisi
quando dilectus tuus ingredi volet. **S**i
ostium nō est: passus patebit ingressus oi
trāseūti. **S**i ostiū clausum est: pessulū nō
obferarum: facili ceder et patebit impulsū
clausurā non habēs firmiorē. **H**abe vtrū
q; ostium circumstātie / et pessulū constan
tie. **P**rospice circumstātie. resiste constan
ter. obliuio et ignorantia nō surripiat. im
probitas nō irrumpat. **E**t si ita manus di
stinguere: sollicitā p̄meditationem reputa
ostij: orōnem quasi pessulū. **T**ali firmatū
repagulo: hostili nō patebit impulsus osti
um tuū. **E**t forauit (in d̄ psalmus) seras
portarū tuarū. **N**ōne in seris et portis velut
ostij et pessulū tibi videris audire. **U**trū
q; necessariū est. **S**z extra insidias inimi
ci. **U**bi vocē et pulsū audi dilecti. vbi ma
nus ei⁹ subtilē et p̄ foramē sensū attractum
aufer pessulū. ostiū api. cūcta ceder obsta
cula. si fieri p̄: mediuz pietē totū aufer: ve
libere se tibi dilectus tu⁹ infundat. **S**ollici
tudo aduersus tentamēta demonū i secu
ritatē p̄rat de p̄ntia sp̄s. cautelā hostē re
pellēdū p̄fruedi dilecti copā p̄re. **O**stiū